



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXX. Claritas, Clarum, Manifestum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

ea crimina corripienda demum sunt, quæ coram omnibus committuntur: ipsa enim corripienda sunt secretius, quæ secretius peccantur, *cap. si peccaverit 19. caus. 2. quæst. 1. cap. ex tua. 20. extra de simon. ubi Vivian. l. 2. §. 24. de vi bon. npt.*

Limitationis loco distingve inter res per se illicitas & medias, seu quæ sua natura licitæ sunt, ex adjuncto autem demum illicitæ. Hoc casu: v. c. si agatur de conjunctione matrimoniali, ea quidem per se est res media, sed si detegantur coiville personæ consanguineæ, gravius delictum habetur, si clam commillum fuerit, *d. l. ult. de rit. npt. ac proinde gravius etiam coëccetur.* Quod si autem factum sit per se, suâ naturâ, ipso statu, & semper illicitum, tum gravius peccat & punitur, qui manifestè delinquit, *l. 2. §. 24. ff. de vi bon. npt. §. pæna. 5. Inst. de obl. quæ ex delict. ubi Osterm. in mt. decid. Levius qui occultè, juxta illud vulgi: qui celat delictum penè est innocens. add. Bach. 2. diffus. Treutl. 30. thes. 3. lit. B. p. m. 1080.*

IV.

Quæ in capitulo sunt, non possunt faciliè probari nisi per Canonicos ipsos, *cap. veniens 38. in fin. extr. de test. add. l. f. 26. in f. pr.*

V.

Secreta patrimonii non faciliè sunt revelanda, *l. 2. C. de alim. pup. præs.*

CAP. XXX.

Claritas, Clarum, Manifestum.

Axioma I.

Nihil magis proprium est Legibus quam claritas. *Nov. 107. in princ.* Claritas enim est de substantia Legis c. *eric autem 2. dist. 4.* Alias sententia lata contra Legem obscuram non intelligibilem valeret, juxta Bald. *in cap. fin. de constit. fac. gloss. fin. §. idem. Inst. de obl. quæ ex quas. delict. Jalón. post Imol. & Roman. in l. cum prolatis, 32. in fin. ff. de re judic. & Petrus de Anchar. in cap. 1. in 2. col. eod. tit. lib. 6. Gomez. ad §. sed ista. Inst. de act. n. 28.*

II.

In claris stare debemus expressis, aut quæ pro his habentur, ut intelligantur expressa esse. *Verall. decis. 28. n. 3. p. 1.* Atque ubi in claris verisimur, nulla vel ulterius est admittenda quæstio aut hæsitatio, *l. ille aut ille 25. §. cum in verbis. 1. de leg. 3. l. continuus 137. §. cum ita 2. de V. O. Dec. consil. 503. n. 3. ubi ait, quod in claris standum sit verbis, nec ulterius de ratione querendum, neque, ut Bald. inquit consil. 342. col. 2. vol. 1. indigemus glossa cum textum habemus; Et ubi verba sunt clara, cavillationes advocatorum non debent habere locum, etiam si lex dura esset. Bald. conf. 174. in fin. volum. 2. idemque hoc de verbis claris à Principe prolatis tradunt Dec. conf. 137. n. 4. Cravett. conf. 4. n. 2. vol. 1. Vultej. inter Conf. Marpurg. conf. 31. n. 17. vol. 3. imò ubi verba sunt clara & perspicua, calumniosa est quæcunque alia interpretatio. Bald. in Auth. rogatio. col. 2. vers. namque ubi. C. ad SC. Trebell.*

Parif. conf. 1. n. 29. in fin. & conf. 3. n. 53. vol. 3. Grammat. conf. 105. n. 6. in civil. quærare autem conjecturas cum verba sunt clara, infirmitas est intellectus. Bald. in l. certo generi §. 1. ff. de serv. rust. pred. Welenb. in parat. de R. N. n. 8. vide Reiger. in voce Manifestum. cap. quoniam 10. de fil. Presbyt. ordinand. Unde quod dicitur in claris non esse locum conjecturis. per d. l. continuus 137. §. cum ita 2. de V. O. l. ancille 12. C. de furt. Menoch. conf. 27. n. 1. vol. 1. id non est accipiendum in claris, pro quibus ut maximè per se clara sint, etiam stant conjecturæ, sed in illis claris duntaxat, de quibus conjecturæ sunt in contrarium, ut ita in claris locus non sit conjecturis contrariis, locus autem sit non contrariis, tameti hinc clara opus non habeant, ut quæ per se ipsa satis patent. Vult. inter Conf. Marp. vol. 3. conf. 2. n. 213.

Si clarum probatione non indiget, *l. 1. ff. de re sit. in integr. cum rei per se satis aperte demonstratio ulterior addi non debeat, Roland. à Valle conf. 7. num. 1. lib. 3. l. 1. de dot. præleg. Soc. jun. conf. 22. vol. 2. Conf. Arg. conf. 76. n. 3. nec in claris opus est dubitatione. d. l. 1. §. fin. de dot. præleg. Gomez. ad §. serviana de act. n. 22. & sic frustra de interpretatione quaeritur. Bald. conf. 343. col. 2. in fin. vol. 2. in fin. vol. 1. conf. 774. in fin. vol. 2. Tib. Decian. resp. 72. n. 3. vol. 2. Cravett. conf. 273. n. 7. vers. curia autem, n. 8. per l. quod Labeo. 9. de Carbon. edit. l. ancille 12. C. de furt. imò in casu claro est calumniosa, & sic cessat in expressis à testatore, *l. sit, qui 13. §. fin. de reb. dub. cum nimium subtilizare, ubi res est clara, nihil aliud sit, quam perniciosè errare. Gœdd. inter Conf. Marp. conf. 25. n. 21. vol. 1.**

CAP. XXXI.

De Clausula.

Axioma I.

Clausula posita ad determinationem actus in principio posita, porrigitur etiam ad actus sequentes, *l. si mihi & tibi 12. §. fin. l. talis scriptura 30. §. fin. & l. seq. de leg. 1. l. cum pater 77. §. fin. ff. de leg. 2. l. 3. §. filius de liber. & post. Myns. 1. resp. 6. n. 40. cum clausula præcedens majoris sit efficacæ ad determinationem præcedentium. Bart. in l. quisquis ff. de leg. 3. Modest. Pist. conf. 36. num. 10. vol. 2. Vult. inter Conf. Marp. conf. 19. n. 106. vol. 3. Et clausula in capite adjecta, plus habet momenti, quam si in fine adiceretur. *fac. l. 27. ubi Bart. quand. dies leg. Costal. ad l. 6. de edend.**

II.

Clausula quælibet secundum naturam & mentem actus principalis intelligi & restringi debet, c. *accessorium 42. de Reg. Jur. in 6. l. si stipulat. fis 4. ff. de usur. l. fin. ff. de constit. pecun. gl. in l. si patronus 2. §. patronum 2. ff. Si quid in fraud. patron. Soc. jun. conf. 128. n. 133. Regner. Sixtin. inter Conf. Marp. conf. 12. vol. 3. n. 56.*

III.

Clausula generalis in una eademque dispositione addita non refertur ad specificata & pro-